Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



88

extrahe me deluto fecis et luculento volutabro · et deputrido fetore uoluptuose carnis mee.
O misericordie omnium mouear uisceribus tue · qd tantum deliqui · et cottidie deliquo contra gm filij tui · et que hunc eundem filium tuum toti mundi saluatorem uirgineis concepisti uisceribus uirgineis lactasti uberibus mater lucis et ne mater uite perpetue media esto inter me et filium tuum mediatorem dei et hominum · media esto inter me peccatis sordidum · et eundem filium tuum purificatorem omnium flagitiorum ora pro me · Sonet pro me uox tua in auribus filij tui · uox enim tua dulcis et facies decora · et amabilis · et exaudibilis adonia que placaris.
Precare dna et saluus ero · placare dna et mundus ero · placare dna · ut pte obtineam gram filij tui · quam pro peccatis · et pro inexcusabile et voluntaria mea culpam · Totus sum culpabilis ego totus sum immundus ego · Tu aut tota pulchra es et macula no est in te · Ligit toto corde tota anima confugio ad te · toto ergo pietatis tue affectu · Subueni michi dna succurre in clementissima · et hoc exora misericordissima.